



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Kalend. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

I V L I V S.

1. Iulij.

Kalend. Iulij.

Vide
cap. 22.
Apoth.
Spir. fol.
128.

Aruernis in Gallia S. Galli Episcopi & Confessoris, qui post præclara virtutum insignia, laudabilem vitæ sanctissimæ cursum, beata morte terminauit.

Surius in
vita.

Legitur de hoc S. Episcopo, quod Agrippinæ famosum quoddam gentilium sanum, in quo post oblata dæmonibus libamina, incola se ad vomitum usque replebant, subiecto clâ igne euerterit; qua occasione pagani stictis gladijs in eum irruerunt: sed Regis Theodorici protectione incolmis evasit: quain euasionem, quia martyrium videbatur declinasse, multis lacrymis postea deplorauit. Verum hîc quæri posset, an quis eam ob causam martyrij corona esset decorandus, propterea, quod repugnare videatur can. 60. Concilij Elbertini, quo cautum reputatur, ut si quis idcirco occidatur à Gentilibus quod idolum fregerit, non habeatur inter Martyres.

Sed respondeo eum Canonem intelligendum esse de ijs temporibus quibus Christiana Religio adhuc sub gentilibus Imperatoribus deressa iacebat, & magis mansuetudine quam furore opus erat, etiam quando adolescebat sub Catholicis principibus: quorū tam iusu sœpè leguntur à Christianis diruta, cum illorum iteratis sanctionibus templa fuerint clausa, idola prostrata, sacrificia antiquata. Quod si iuste quis id facit cum Princeps iubet, & meretur laudem: multò magis id licebit cum Deus iubet, & priuato quodam diuini spiritus instinctu quis ad id faciendum impellitur. Et iam huius Galli tempore, firmata Catholica religione, idolatria penitus erat extirpanda.

Sexto